



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio q[ua]rta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

mundo. Testis enim mihi est deus
cui seruo in spiritu meo in euange-
lio filii eius quod sine infirmitate
memoria vestri facio spiritus in ora-
tionibus meis obsecrans si quando
tandem aliquando prosperum iter ha-
beam in voluntate dei venissem
ad vos. **Tu. R.** Deus qui sedes
super thronum et iudicas equita-
tem esto refugium pauperum in
tribulatione. Quia tu solus la-
bozem et dolorem consideras.
R. Tibi enim derelictus est pauper
pupillo tuus et adiutor. **q. 2.**
Oesidero enim videre vos ut
aliquid impartiar vobis gratie
spiritualis ad confirmandos
vos: id est simul consolari in vo-
bis per eam que inuicem est si-
dem vestram atque meam. **N**o
autem vos ignorare fratres quod se-
pe proposui venire ad vos: et pro-
hibitus sum usque adhuc ut ali-
liquem fructum habeam in vobis si-
cut et in ceteris gentibus. **Tu. R.**
Exurge domine deus meus et exal-
tetur manus tua ne obliuiscaris
pauperum. **In finem. R.** Tibi
enim. **In Gloria. In.** **Lectio quarta.**
Grecis ac barbaris sapientibus
et insipientibus debitor sum
itaque quod in me promptum est:
et vobis qui rhome estis euangeli-
zare. **N**o enim erubescio euange-
gium. Virtus enim dei est in
salutem omni credenti iudeo per
mum et greco. Iusticia enim dei
in eo reuelatur ex fide in fidez

sicut scriptum est Iustus autem ex
fide viuunt. **Tu. R.** A dextris
est mihi dominus ne commouear.
Propter hoc dilatatum est cor
meum et exultauit lingua mea.
R. Conserua me domine quoniam in re-
speraui dixi domino deus meus es
tu. Propter. **Lectio quinta.**
Reuelatur enim ira dei de celo
super omnem impietatem et inius-
ticiam hominum eorum qui veritatem
dei in iniusticia detinent:
quod quod notum est dei manifestum
est in illis. Deus enim illis reue-
lauit. Inuisibilia enim ipsius a
creatura mundi per ea que facta
sunt intellecta conspiciuntur. **S**em-
piterna quoque eius virtus et
diuinitas ita ut sint inexcusa-
biles. **T. R.** Notas mihi do-
mine fecisti vias vite adimple
me leticia cum vultu tuo. Dele-
ctationes in dextera tua usque
ad finem. **R.** Conserua. De-
lectationes. **Lectio sexta.**
Quia cum cognouissent deum
non sicut deum glorificarunt: aut
gratias egerunt: sed euangerunt
in cogitationibus suis et obscuro-
raturum est insipientes cor eorum. **D**i-
centes enim se esse sapientes: stul-
ti facti sunt. Et mirauerunt glo-
riam incorruptibilis dei in similitu-
tudinem imaginis corruptibilis
hominis et volucrum et quadrupedum
et serpentum. **Tu. R.** Diligam te
domine virtus mea. Dominus firma-
mentum meum et refugium meum.